



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd vita functo Basilisco, episcopi Asiæ dũ Acacij bilem placare student,
quòd Chalcedonense Concilium damnassent, pœnitentiæ libellum
exhibuerunt. Cap. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

de huius regie & eximie vrbs pertinet, ex ea re fiat. Denique quod hoc diuinum nostrum decretum vim habeat diuini edicti, nemini dubium aut obscurum esse volumus. Istae res isto modo fuere confectae.

De relictis Zenonis. Cap. VIII.

Zeno vero per visionem, ut fertur, conspicatus sanctam, strenuam, & eximiam martyrem Theclam non ipsum solum impellentem, verum etiam imperij pollicentem restitutionem, versus Constantinopolim exercitum ducit.

Atque viris qui illum obsidebant muneribus inductis, Basiliscum, cum iam biennio regnauerat, imperio exturbat: & ad sacri templi adyta confugientem, hostibus auferendum tradit. Quam ob causam Zeno egregiae martyri Theclae amplissimum templum splendore & pulchritudine eximium Seleucia vrbs Isauriae dedicauit, pluribusque ac plane regalibus monumentis, quae ad nostram usque aetatem seruata sunt exornauit. Basiliscus autem mittitur in Cappadociam mortem appetiturus. Vbi in diuersorio nomine Aconso una cum vxore & liberis trucidatur. Zeno autem legem sancit, qua decreta Basilisci tyranni in literis generatim ad omnes perscriptis comprehensa, abrogata fuere: & Petrus cognomine Cnapeus ecclesia Antiochena, & Paulus Ephesiana expellitur.

Quod vita sancto Basilisco, episcopi Asiae dum Acacium placare student, quod Chalcedonense Concilium damnassent, poenitentiae libellum exhibuerunt. Cap. IX.

Episcopi Asiae, quod Acacium placarent, depraeari culpam, veniamque petere coeperunt: mittunt quoque ad eum poenitentiae libellos, quibus asserunt se non sua sponte, sed vi ac necessitate coactos literis Basilisci generatim ad omnes datis subscripsisse: atque adeo iurando confirmant rem ita reuera se habere, seque non aliter, quam concilium Chalcedonense vel credidisse, vel credere. Libelli autem hanc habent sententiam.

Epistola, siue supplex libellus ab episcopis Asiae ad

Kk 3 Aca-

EVAGR. HISTORIAE

Acaciū episcopum Constantinopolitanum missus.
 Acacio sanctissimo religiosissimoque ecclesie Con-
 stantinopolis, quæ Roma noua dicitur, Patriarche, S.
 Et postea: venit ad vos, vti par est, qui nostrum locū sup-
 pleat. Ac paulo infra. Per istos libellos agnoscimus nos
 non nostra voluntate, sed necessitate adductos literis sub-
 scripsisse Basilisci: eisdemque non animo, sed verbis dun-
 taxat consensisse. Nam Dei Opt. Max. aspirante numine,
 cui nostræ preces gratæ acceptæque sunt, credimus non
 aliter quàm à trecētis illis decē & octo orbis terræ luminibus,
 & centum quinquaginta sanctis patribus accepimus. Cre-
 dimus præterea Actis, quæ à sanctis patribus Chalcedoni
 coactis sanctè sincereque decreta sunt.
 Quòd autem ad ea attinet, quæ Zacharias rhetor de ijs e-
 piscopis tradidit, siue ipse falso eos criminatus est, siue illi
 ipsi mentiti sunt se inuitos literis Basilisci subscripsisse, nõ
 possum pro certo affirmare.

De iis qui Antiochiæ episcopatu sungebantur.

Caput X.

Petro ecclesia Antiochena exturbato, Stephanus illius
 sedem capepsit: quem Antiocheni calamis, ad simili-
 tudinem hastarum præcutis, vti scribit Ioānes rhetor,
 confecerunt. Quo extincto, Caladio illius sedis clauū su-
 scipit: qui omnes, qui ipsum adibant induxit, vt tum Ti-
 motheo, tum literis Basilisci generatim ad omnes scriptis
 anathema indicerent.

*Quòd imperator Zeno cum Aelurū persequi consti-
 tuisset, illi ob ingrauescentem ætatem pepercit,
 qui cum è viuis excessisset, Petrus Mongus episco-
 pus Alexadrinus creatus est, sed Timotheus qui
 Proterium in episcopatu sequebatur, pulso illo se-
 dem eius imperatoris mandato capepsit.*

Caput XI.

Zeno autem, quāquam habebat in animo Thimotheū
 Alexandria expellere, tamen, cū à quibusdā iā certior
 factus esset, eū admodum senem esse, & quā primū
 commu-